



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 89. Hosius Legatus a Simonetta Cardinale objurgatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul XVI.

A.C. 1562.

§. LXXXIX.

Hosius Legatus a Simonetta Cardinale objurgatus.*Sarpicus l. 6. Postea Simonetta Cardinalis nonnihil  
p. 519.*

cum Legato Hosio contendens, quod nimium faciles, aures præbuerit Theologorum vanis subtilitatibus, eidem exprobrabat, dicebatque: „ab omnibus „Synodi Patribus decretum illud citra „contradictionem approbatum fuit, „nunc autem a nonnullis ex iis minus „solida opponuntur argumenta, qui „bus alii, quando ad rem ipsam ven „tum erit, haud dubie sint contradic „cturi: porro certus sum, quod omne „quidquid sive bonum, sive malum „dicetur, ab hujus sententiæ fauto „ribus propugnetur, & ab adver „sariis reprobetur, nec multum re „ferat, an paulo plus, minusve affer „tiones sint ab objectionibus securæ: „nam cum duæ jam indictæ sint Sessiones, in quibus nihil decretum est, si „tertia Sessione idem fiat, de Concilii „existimatione planissime actum erit: „idcirco necessitas petit, ut aliquid sal „tem in ea statuatur.,, Hosius hisce rationibus expugnatus respondit, Theologos illos ab Oratoribus Cæsareis ad se missos, & quicquid esset, id bonum in finem a se factum: attamen tum pri

mum



mum sensit Simonetta Præfulis illius Sæcul. XV.  
A C 1562.  
candorem aliena sagacitate deceptum,  
atque inde suspicatus, Ministros Cæfa-  
ris ex illius ore arcani quidpiam ex-  
piscatos, rem ceteris Legatis commu-  
nicabat, & omnium sententia eo abi-  
bat, ut prima quaque opportunitate Ho-  
sium ea de re commonefacerent. His  
ita interim compositis unice de cele-  
brandâ Sessione agebatur.

## §. XC.

*Concilii Tridentini Sessio vigesima pri-  
ma seu quinta sub Pio IV.*

Die decima sexta Julii Sessio celebra- Pallav. l. 17.  
tur, quæ regnante Pio IV. erat cap. II. n. 20.  
quinta, ab inchoati autem Concilii tem- § 21.  
pore vigesima prima. Convenerant Pa- Raynald.  
tres in Ecclesia Pontificio habitu ornati, hoc ann.  
ac Principum Oratoribus stipati, ubi Labb. tom.  
præmissis pro more solemnis Marcus 14. p. 1324.  
Cornarus, seu Cornelius patria Vene- § seq.  
tus Spalatrensis Archiepiscopus rem di-  
vinam Pontificio ritu peregit, Andreas  
vero Duditius Sbardellatus Thinii in  
Dalmatia Episcopus orationem habuit,  
& quamvis de usu Calicis sermonem  
fieri Synodi decreto prohibitum fuisse,  
nihilominus de hoc argumento totam  
suam concinnabat orationem, in qua  
præprimis miseram naturæ humanæ  
per Adæ peccatum corruptæ condi-

M 4      conditionem

